



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XV. De omissa in prooemio Decretalium Nominis Divini invocatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

in Ecclesie Romana chartario non requiris. In hoc ergo Regesto decretales integræ habentur, non semper in antiquis compilationibus. Quare Interpretes, & imprimis Johannes, quem Andreae nothum appellat Alb. Gentilis, sæpè ad Registrum provocat. Et censet Ant. Augustinus rectius interpretationem hinc desumi. Porro & veterum Decretalium usum quoque exserere sese in *Veteres De-Glossis* veteribus legendis, ostendit exemplis Alb. Gentilis. *p. 31. cretales* ad quem remitto. Sed nunquid etiam hodie jus faciunt antiquæ *usum ha-* Decretales? Videbatur ita: Derogatum enim non fuisse juri *bent in,* mæ collectionis per secundam, nec utrique per tertiam, & sic dein *glossis intel-* ceptis. Ergo nec omnibus hisce per secutam Gregorii collectio- *ligendis.* nem. Quo facit, quod Doctores sapissimè ad antiquam provo- *An hodie* cant, quod frustra fieret, ni etiamnum usum obtineret. Sed ve- *pro jure al-* rius est, fuisse antiquatas. Constitutio enim hoc ipso, quod non *legari* inserta Codici constitutionum, non censetur approbata. Roman. *queant?* *conf. 112.* Et sæpè respondet ita Joh. Andreae, *revocatam esse, quia* non inserta. Joh. Andreae *addit. ad Specul. de Off. deleg. de Recus. de* *Procur. de Adv. de Salar. de instrum. edit.* Et ita sancitum disertè est à Bonifacio in *proæmio Sexti.* Confer Gentilem *lib. 6. de Nupt. c. 23.* Eadem & Regesti est ratio, quod contra Decretales non est allegandum, quales sunt hodie Corpori Canonico inclusæ. Vid. Alber. Gentil. *p. m. 43.* Recurrere tamen eo juvat, ubi vel textus *Faciunt ad* emendandus, vel decretalis in dubium vocatur, aut Raymundus *dubia cer-* forsan dormitavit. Quam viam etiam monstrat Innocentius *tius solven-* IV. in præfatione apparatus sui in Decretales. *da.*

CAP. XV.

De omiffa in proæmio Decretalium Nominis Divini invocatione.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. Reprehenditur Raymundus ob omiffam invocationem. | 3. Rainaldi Corsi sententia, à Wissenbachio rejecta. |
| 2. Invocatio nominis divini invenitur in quibusdam exemplaribus. | 4. Sententia Wissenbachii & nostra. |

D

Non

Reprehen-
ditur Ray-
mundus ob
omissam in-
vocationem.

Invocatio
nominis di-
vini inveni-
tur in qui-
busdam ex-
emplaribus.
Rainaldi
Corfi sen-
tentia, à
Wissenba-
chio rejecta

Sententia
Wissenba-
chii & no-
stra.

Non caret reprehensione compilator juris Canonici ob-
omissam initio operis invocationem Dei, quæ in corpo-
re civili religiosè servata, & in Pandectis Florentinis præ-
fixa Constitutionibus de Confirmatione Digestorum,
quarum una Latina est, altera Græca. Utraque à Justiniano po-
sita ante orationem ad Antecessores, ut monet Taurellus. At-
quia sub titulo Codicis, de veteri jure enucleando, repetita est
post constitutionem de Conceptione Digestorum, ideo quando-
que omittitur in vulgaribus editionibus, sola oratione ad Ante-
cessores præmii vice ad Digestorum libros retentâ. Nec ve-
rum tamen est, ab omnibus exemplaribus juris Canonici invoca-
tionem abesse. In meo enim reperio, quod Venetiis editum,
per Thomam de Blavis, de Alexandria, & in Glossato impresso
Venetiis per Magistrum Andream de Papiâ Anno 1492. Scimus
Reinaldum Corsum 3. Indagat. 15. rationibus aliquot omisso-
nem excusasse; nec satisfecit tamen Jacobo Wissenbachio, quia
disp. 1. ad Inst. 1. eum reprehenderet. Sane invocare nomen Do-
mini in omni opere & actu oportet: Sed quod hæc invocatio-
nis formula literis præscripta operi, argumentum sit internæ
invocationis, eaque omissa Pontifex dedignatus fuerit verum
Pontificem invocare Christum, nondum persuasit Wissenba-
chius. Novimus etiam Ethnicis usurpatam, & ab eâ Poëtas
Græcorum ordiri solere. Aratus: *Ἐκ δῖος ἀρχώμεθα*. Apol-
lonius Rhodius: *Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε*. Ubi Scholiasta: *ἔθ' ὅ-
τι τῶν θεῶν ἀρχοῦμεθα*. Secus atque Latini, quibus proposi-
tioni invocatio subjicitur. Sed horum invocationes non tam
ex pietate, quam præscripto artis proficiscebantur. Et tales
formulas hypocritæ & Athei præfigere sibi possunt. Veri *θε-
σκυνηταὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ* invocant.

CAP. XVI.

Ad præmii. De Gregorio IX. Welforum
& Gibellinorum factione. Mutatione
nominis.

S U M.